891 Al. simil. sed AVGVSTORVM, et vict. adv. stans d. coron. s. glob. crucif. *Quin.*

IUSTINIANUS I.
Ann. Chr. 527.

892 D. N. IVSTINIANVS P. P. AVG. Prot. adversa galeata cristata gemmata d. globum cruciferum attollit, s. clyp. tenet, in quo eques.)(VICTORIA AVGGG. Vict. adv. stans d. crucem longam, s. globum, sub quo X, inf. CONOS.
893 Al. sim. AVGGG. S. et crux in monogr. Chr. exit.
894 Al. sim. sed AVGGO. H.
895 Al. simil. sed astrum deest.
896 Al. sim. sed AVGGG. ●.
897 Al. sim. sed in adversa IVSTINIANVS P. P. AVI. et rudis operis.
898 Al. sim. 893. sed AVGGO. I.
899 D. N. IVSTINIANVS P. F. AVG. (sic.) Prot. gal. adv. d. hum. hastam, s. clypeum cum equite.)(VICTORIA AVGGO. A. Vict. dm. st. d. crucem magnam; inf. COMOB.
900 ✡ D. N. IVSTINR ... S. P. P. VAI. Prot. gal. adversa d. globum crucif. s. clypiu quo signum incertum.)(AOVREGE W.. NETAAO NOAVCEB, vel quid simile. Victoria adversa stans d. crucem longam in monogr. Christ. exeuntem, s. glob. cruciferum typo rudi; in area sin. X. vel cruciculа. V. Tab. V. N. 83. Videtur haec epigraphe convenire cum duabus aliis notis DOCCIO MONETA, et WINTRI MONETARO.
901 P. N. IVSTINIANVS P. F. NC. Prot. marg. redim. sm.)(VICTORIA AVGVSTORVM. Vict. adv. stans d. coron. s. cruciculam, sub qua *; inf. COMOB. *Quin.*
902 D. N. IVSTINIANVS P. P. AVT. Cap. id.)(Eadem aversa, sed victoria globum crucif. s. tenet. *Quin.*
903 Al. sed D. N. IVSTINIANVS P. P. AIC. etc. *Quin.*
904 Al. script. D. N. IVSTINIANVS IN IC. et in aversa VICTORIA AVGVQTORV; infra COIIO. *Quin.*
905 Al. script. P. P. AVI. *Quin.*
906 Al. script. D. N. IVSTINIAYS P. P. AVI. *Quin.*

907 Al. simil. repercussus, in cujus aversa bis recurrit CONOB. *Quin.*

908 Al. script. ON. IVSTINIANVS P. P. AVG.)(Aversa ut supra, sed rudioribus literis. *Quin.*

909 D... IVSTINIANVS. Protome dm. capite ex quo taeniae dependent, licet omnino careat corona, juxta literae T. A.)(VICTVRIA OATVI CON. Vict. eadem d. quasi globum crucif. sub quo *, s. coronam; barbari artificii. *Quin.*

910 ✠ IVZTIKIAKI. Prot. redimita sm. cruce ad pectus luculenta.)(VICTORIA O. Vict. sm. grad. d. coronam, s. humero tropaeum; inf. OKOƆ. Differt epigraphe, et modulo ab ambobus e Ducange in Band. pictis. Habes hunc Tab. V. N. 84. *Quin.*

THEODEBERTUS.
Ann. Chr. 534. *ad* 548.

911 ✠ D. N. THEODEBERTVS C. Prot. adv. cap. gal. crist. d. humero hastam, s. clyp. in quo eques.)(VICTOA A AVGGG. Victoria adv. stans d. crucem longam, s. globum cruciferum, sub quo *, et monogramma quasi RA vel MA; infra CONOB. V. T. V. N. 82. Etsi dissimuletur ab Eckhelio Theodebertus Galliarum princeps, quoniam Augusti titulum tulit, admisi illum praecone Bandurio Beauvais, et Dennery. Differt tamen vel epigraphe vel typo ab aureis omnibus, qui referuntur.

IUSTINUS II.
Ann. Chr. 565.

912 D. N. IVSTINVS P. P. AVI. Prot. gal. adv. d. globum, super quo victoria.)(VICTORIA AVGG. Є. Mulier galeata adv. sedens d. hastam, s. globum crucif.; inf. CONOB.

913 Al. simil. sed AVGGG. S.

914 Al. simil. sed AVGGG. I. inf. OB XX.

915 Al. capite redim. am.)(VICTORIA AVGVSTORVM. Vict. stans adversa d. coron. s. glob. crucif. inf. CONOƆ. Numus formam solidi retinens, sed subaeratus.

916 Al. aureus totus.)(VICTORIA AVGGG. Victoria sm. sedens clypeo inscribit XXX. J. ad pedes monogr. christianum; inf. CONOB. *Trem.*

917 Al.)(VICTORIA AVGVSTORVN (sic.) Vict. adversa stans d. coron. s. glob. crucif. sub quo *; inf. CONB. *Quin.*

918 D. N. IVSTINVS P. Cap. id.)(VICTORIA AVCOST. Typus ut praeced. absque stella; inf. CONOI. *Quin.*

919 DONI IVSTINI APP. Cap. idem barbarum.)(VICTVIAIA AVSTVI. Vict. adv. st. d. cruciculam, s. coronam, a dextr. in area monogramma, inf. IOƆ. *Quin.*

920 NoviioivovovNiv. Cap. id. redimit. sm.)(AIVTOVOHOONOVIPN. Vict. adv. st. d. coron. s. cruciculam; ut horum plures barbarus. *Quin.*

TIBERIUS II. CONSTANTINUS.
Ann. Chr. 574. CAESAR.
Ann. 578. AVGVSTVS.

921 * D. m. COSTANTINVS P. P. Prot. redimita sm.)(VICTOR TIAERI AVS. Crux, infra CONOB. *Quin.*

922 * D. N. TIBER... Cap. id.)(VICTOR MAVRI AVI Crux; infra CONOB. *Trem.*

923 * d N TIBE.. P. P. AVC. Cap. id.)(VICTOAI MAVAI... Crux, inf. CO.... *Quin.*

MAURICIUS.
Primum CAESAR
dein Ann. Chr. 582. AVGVSTVS.

924 * D. N. MAVRI TIB. P. P. AVC. Prot. gal. adv. d. glob. crucif.)(VICTORIA AVGG. B.

Vict. adv. stans d. crucem longam in Chr. monogr. exeuntem, s. glob. crucif. Inf. CONOB.

925 * Al. simil. sed AVGG. s. et in area a sin. *; inf. COMOB.

926 * Al. cap. redimit sm.)(VICTOR TIBERI AVG. CONOB. Crux. *Quin.*

927 * Al.)(VICTORIA AVGG. CONOB. Vict. adv. uno pede sublato dm. d. coron. s. glob. crucif. *Quin.*

928 * Al.)(VICTORIA AVGVSTORVM. Eadem vict. adv. stans, sub sin. * inf. CONOB. *Quin.*

929 * Al.)(VICTORIA VIVITORVN. Eadem sed loco stellae crucicula; Inf. CONOB. *Quin.*

930 * Al.)(VNTOVRIA AVIVITORVN; infra CONOB; caetera ut in praeced. *Quin.*

PHOCAS.

Ann. Chr. 602.

931 * D. N. FOCAS PERP. AVG. Prot. adv. cap. barbato diad. crucigero d. elata crucem.)(VICTORIA AVGGI. Vict. adv. stans d. crucem long. in monogr. exeunt, s. ♁ sub quo *; inf. COMOB.

932 * Al. simil. absque stella; AVGV є.

933 * Al. ut praec. sed AVGV. I.

934 ** Al. cap. redim. sm.)(VICTORI FOCAS. AVS. Crux; inf. CONOB. *Quin.*

935 * Al.)(VICTORIA AVGUSTORVN. Vict. adv. stans d. coron. s. ♁, sub quo *; inf. CONOB. *Quin.*

HERACLIUS. I.

Ann. Chr. 610.

936 dN. HERACLIVS P. P. AVG. Prot. adv. barbata galea cristata, in qua crux, d. cruciculam attollit.)(VICTORIA AVGU.є. Crux sup. 4 gradibus; inf. CONOB.

937 d. N. HERACIhS ZPP AN. Prot. redim. sm.)(VICTORIA AVGVS. Crux globo imposita absque literis infra. *Trem.*

938 D. N. HERACLIVS P. P. AV. Id.)(VICTORIA AVIVITORV. Crux; inf. CONOB. *Quin.*

HERACLIUS II. CONSTANTINUS
cum Patre.

Ann. Chr. 613. *dictus* AVGVSTVS.

939 DD. NN. HERACLIVS ET HERA CONST. PERP. A. Prot. ambor. adversae Heraclii barbati, et Her. Const. imberbis.)(VICTORIA AVGU. A. Crux sup. 4. grad; infra BOXX.

940 Al. sim. AVGU. є. inf. CONOB.

941 Al. sim. AVGU. H. inf. BOXX.

942 Al. sim. AVGU. I. inf. BOXX.

943 Al. sim. AVGU. IX. inf. CONOB.

944 Al. sim. AVGU. I⊕. inf. CONOB.

945 Al.)(VICTORIA ACCI. Crux super tres grad. inf. CONOB. Numus hic (medaglioncello) vix quinarium aequat latitudine sed cum satis crassus sit, solidi rationem habet.

CONSTANS II. *qui et* CONSTANTINUS.

Ann. Chr. 641.

946 d. N. CONSZANZINVS P. P. AV. Prot. adversa latiore prolixa barba cum stemmate crucigero d. glob. crucig.)(VICTORIA > VOU. Γ. Crux sup. 4 grad; inf. CONOB.

947 dN. CONSZANZINUS CONZANU. Duae prot. adv. barba maxima, dextr. imb. sm. cum stem. cruc. inter quorum capita crucicula.)(VICTORI < > VGU. ⊕I. inf. CONOB. Crux sup. 4 grad. j. C.

948 Al. sim. > VSU H; juxta monogramma crucis duplicis; inf. CONOA.

949 * Epigr. dubia ead. adversa.)(VICTORIA IVGUA. Duo Impp. stantes cum stem. et glob. crucig. med. cruce, 4 grad. imposita; inf. 6 puncta, et CONOB.

CONSTANTINUS IV. *Pogonatus.*
Ann. Chr. 634.

950 dN. CONIANVI P. P. Prot. adv. galea cristata d. hum. hastam, fors clyp. sinist.)(Aversa ut in sup. 946.

951 d. N. CONSTANTINO P. P. Al. sed modice barbat. s. clyp. in quo eques.)(VICTOAIA AUGUSTOA. Crux sup. 4 grad. j. Θ; inf. CONOA.

952 Al. acript. P. P. A. et cap. red. sm.)(VICTOAIA AVSUS. Crux; inf. CONOA. *Trem.*

953 Al. sed.)(AVGVSTO, et in area sinist. a. *Quin.*

954 Al. sed.)(AVAUO. Crux altior j. a sin. C. inf. CONOA. *Quin.*

955 d. N. CONSTANTINUS TI AVS. Prot. barbata adv. stem. et glob. crucif.)(VICTORIA < VGU. Z. Crux sup. 4 grad.; infra CONOB.

956 Al... AV. cum globo crucigero etiam fronti adversae margaritis redim. adfixo.)(VICTOAI < < VSU. ●S. Crux ut sup. j. a sin. C. inf. CONOA.

957 D. N. COSTANTIN. Prot. item adversa barbata stem. crucig. d. glob. crucig.)(VICTORIA VIT. Crux, hinc *, inde R. inf. CONOA. *Quin.*

958 D. N. CONSTANTINU P. P. V. Prot. red. marg. sm.)(VICTORIA AVGUS. Crux. CONOA. in area crux super ●. Novit quisque numos hosce tam rudis operis vix IV. vel alteri ex proxime sequentibus hujus nominis Constantino referri posse. Hos ego hic ex vultus, plus vel minus barbati, specie in ordinem disposui.

IUSTINIANUS II. *Rhinotmetus.*
Ann. Chr. 770.

959 * IUSTINIANVS MULTUS (sic.) Protome solita adversa d. crucem, s. δ, in quo lit. PAX.)(d. N. AEX REGNANTIUM. Prot. Christi, pone cujus cap. stemma crucis, dextram ad benedicendum elevat, s. tenet librum Evangeliorum: in area Γ. Conf. Caylus. Tab. 68. N. 1445, et Eck. VIII. p. 228.

960 * d. IUSTINIANUS SERU. CHAISTI. ●. Imp. dm. stans, s. volum. calyptra indutus d. crucem tribus gradibus impositam apprehendit, infra COINSP.)(IHS CAIST D. P. AEX AEGNANTIUM. Prot. J. Chr. pone quem Crux d. ad benedicendum composita, s. evangelior. librum. Extat simil. in Reg. Paris a C. Caylus Tab. 65. N. 1415. depictus; sed quia epigraphe *Dei Filius* ibi male scripta est, Eckhel. autopta hoc praeclaris. cimelium ex museo meo citare maluit. Tom. VIII. p. 228. Tab. V. N. 85.

961 * D. IUSTINIANVS PCAV. Prot. adversa stemm. crucis d. δ.)(VICTORI < AVS... Crux sup. 4 grad.; inf. lit. incertae.

962 * D. IUSTINIANVS PEAV. Idem)(.... AVS U A. Crux sup. 4. grad. inf. CONOA.

TIBERIUS. IV.
Cum Iustiniano II. parente.

963 ** D. N. IUSTINIANVS ET TIBERIVS P. P. AV. Protomae duae adv. mediam crucem una ten.)(d. N. IHS CHS REX AEGNANTIUM. Prot. Christi benedicentis ut N. 960.

TIBERIUS V. *Absimarus.*
Ann. Chr. 698.

964 ** D. TIBERIUS P. ◂ Prot. mod. barbata adversa stem. crucig. d. lanceam transversam ante pectus ad hum. sm. s. clyp. in quo eques.)(VICTR ▸ AVSqOA. Crux super 4 gradus; inf. CONOB.

965 ** Al. script. AVI ◂ V.)(VICTORIA AVGq.q. * Crux eadem; inf. CONOB.

ARTEMIUS ANASTASIUS. II. **
Ann. Chr. 713.

966 ✲ D. N. ANASTASI ARTEMIS MqL. Prot. mod. barbata adversa ♁; d. glob. crucig. s. volumen a sin. in area *)(VICTORIA AVSq ▸. Crux 4 grad. imposita, a sin. * inf. CONOB. Nullus typus agnitus, in quo nomen Anastasii praeponatur. V. Tab. V. N. 86. sed ex errore sculptum fuit AUG. loco MVLtos annos.

THEODOSIUS III. *Adramytenus.* ***
Ann. Chr. 715.

967 ✲ d. N. TEΔΔGPI. Prot. adv. galeata cristata d. humero hastam, s. clyp. in quo eques, in area a sin. globulus.)(VICTORIA AVG. G. S. Crux advoluto serpente hinc I. inde globus, inf. ΘONOC. Tremiss. Jesus mundi Salvator per haec symbola videtur hic nuncupatus, sicut hujus aetatis pietas in officina monetaria singularis ac fere perpetua esse coepit. V. Tab. VI. N. 87. *Trem.*

L E O III. *Isaur.*
Ann. Chr. 717.

968 d. N. LEON P. A. MULT. Prot. adv. mod. barbat. ♁, d. glob. crucif.)(VICTORI AVS ∴ (quatuor puncta) Crux 4 gradibus imp. hinc L. inde *; inf. CONOB. Idem cum Constantino V. Filio.

969 Ead. fere adversa.)(DNO. CONSTANTIN. Protome similis hinc €, inde *.

970 Al. sed in area ad sinistr. Leonis A. Quinar. ex auro impuro.

CONSTANTINUS V. *Copronymus cum Leone III. Parente, vel Filio Leone IV.*

971 * I. CONSΓANΓINU ΘC. Prot. adv. ♁, d. crucem attollit. s. volum. tenet.)(C. LEON P. A. MUL. Prot. eodem cultu.
Solus.

972 ✲ CONΓATINVI. Prot. redim. sm.)(VICTORIA AGVISTIS. Crux, juxta quam a sin. lit. w. in crucem assurgens. V. Quinarium hunc. Tab. VI. N. 88. *Quin.*

973 ✲ DNO COSTANTIN. Prot. ut 968.)(VICTORI AVST. Crux hinc * inde R; inf. CONOB. Quinarius mihi novus. V. Tab. VI. N. 89. *Quin.*

I R E N E *Leonis IV. uxor.*

974 *** ЄIRINH BASILISSH. Protome adversa cum ♁, d. ♁, s. crucem humero sin.)(ЄIRINH BASILISSb. Θ. Protome iterum ead.

CONSTANTINUS VI. *cum Irene matre*
Ann. Chr. 780.

975 ✲ Protome amborum se respicientium Constantini sm. Irenes dm. media in alto crucicula. Inscalptum eleganter in. frustulo quadrato.)(Aversa pura. Vid. Tab. VI. N. 90.

NICEPHORUS II. *Logotheta.*
Ann. Chr. 802.

976 ✲ † NIKHΦP . . ΛΘCΠ. Prot. Nicephori adversa stem. crucig. d. crucem, quam globuli quatuor ornant, s. glob. crucif. similiter)(IC. XC. Protome adversa Jesu Christi more solito. Nullus in Eck. aureus, nisi cum Stauracio filio sociatus. V. Tab. VI. N. 91.

STAURACIUS.
Ann. Chr. 803.

977 ** STAVRACIS DESBOIE)(Prot. adv. stem. cruc. d. glob. crucif. s. volumen)(NICIFOROS BASILE Prot. adv. simil. sed d. crucem, juxta quam a dextr. globulus.

MICHAEL I.
Rhangabe et Curopalata.
Ann. Chr. 811. *per mens.* 21.

978 ** † MIXAHA BACIAOI. Prot. adversa stem. gemmato crucig. d. narthecium sive sceptrum in tabellam punctis notatam exiens, s. globum crucif.)(IC. XC. Prot. J. Chr.

MICHAEL II. *Balbus.*
Cum Theophilo filio et Constantino.
Ann. Chr. 820.

979 ☼ MXAHL Ȥ.. ONȤTANTIN. Prot. adv. stem. cruc. d. crucem s. volumen.)(ΘEOFILOS BAȤILEO. Prot. simil. d. glob. crucif. s. volumen. Constantinus hic sociatus cum Michaele II. et tamen sine typo relictus videtur alius esse non posse nisi filius Leonis V. Armeni praedecessoris, cui apprime fuerat charus. Fidelius depictum curiosum hoc cimelium vide Tab. suppl. N. 22.

THEOPHILUS.
Ann. Chr. 821.

980 ☼ *ΘEOFILOS BASILE. Prot. adv. stem. cruc. d. glob. crucif. s. cruciculam)(CVRIE BOHΘH TO SO DOVLOE. Crux duplex supra tres gradus. Explicatam epigraphen vide in Eck. VIII. p. 240, cujus do iconismum Tab. VI. N. 92. ut idiomatis ac scripturae casum aetatis illius doleas. Epigraphe aversa in Tanini Tab. X. finit cum * X.

Idem *Cum Michaele III. filio et Constantino.*

981 ** * ΘEOFILOȤ BAȤILEΘ. Prot. adv. eadem d. crucem duplicem, s. volumen)(MIXAHL S. CONSTANTINI. Prot. duae, quarum major a dextris cruciculam juxta habet, alia cruciculа super ambos statuta. An Constantinus cum Michaele effigiatus idem sit, cujus nomen in superiore numo Michaelis II. signatum, videant alii, cum Theophilo filium extitisse nullus meminerit. Quatuor tamen Constantinos filios observavit Eckhelius inductos in numis Leonis III. IV. V. et VI. (Tom. VIII. pag. 238.)

THEODORA. *Despoena cum marito Theophilo.*

982 ☼ BACIAICI DEȤFONE. Prot. adv. etc. d. crucem.)(ΘEOFILOȤ BASILEOS. Prot. ejusdem d. glob. crucif. s. volumen.

Cum filiis Thecla vel Michaele habes ap. Eck. sed cum Theophilo tantum apud me. Tab. VI. N. 93.

MICHAEL III.
Ann. Chr. 857.
ejecta Theodora Matre.

983 * † MIXAHA BACIAO. Prot. ut. 979.)(IC. XC. Prot. J. Chr. benedicentis. *m. m.*

BASILIUS I. *Macedo cum filio Const. VIII.*
Ann. Chr. 866.

984 * † BASIL. C. CONSTANTI. BA. Protomae duae adv. mediam crucem duplicem una tenent.)(† IHS XIS. REX REGNANTIHM. Prot. J. Chr. etc.

CONSTANTINUS VIII. *Cum Basilio patre.*
Ann. Chr. 868.

985 ☼ Adversa ut in superiore 984.)(† IHS XPS REX REGNANTIUM. Christus sedens ad-

versus d. extensa, super s. genu librum s. tenet. Propter integram Servatoris figuram visu dignum stiti hunc solidum Tab. VI. N. 94.

ROMANUS I. *Lecapenus*
cum filio Christophoro.
Ann. Chr. 919.

986 ** ROMAN ET XPISTOFO. AVGG. I. Protome utrinsq. adv. crucem dupl. mediam una tenet.)(Christns sedens ut 986.

CHRISTOPHORUS
et CONSTANTINUS IX.
Cum Romano I. parente.

987 ✡ XPISTOF. ET CONSTANTION. Duae Prot. ut in praeced.)(† KE. BOHΘEI ROMANO DECPOTH. *(Domine adjuva Romanum despotam.)* Christus stans dm. dextram imponit Romano I. stanti a dextris ejus d. glob. crucif. ten. stola cruce insignita pendente, s. aperta. Singularem hunc typum V. Tab. VI. N. 95.

CONSTANTINUS X. *Porphyrogenetus*
cum Romano II. filio.
Ann. Chr. 911.

988 * CONSTANT. CE ROMAN AUIGIAI. Prot. duae ut N. 987.)(+ IHS XIS REX REGNANTIUM. Prot. J. Chr. etc.

ROMANUS II. *cum parente Const. X.*
Ann. Chr. 959.

989 * Adversa et aversa ut in praeced.

NICEPHORUS II. *Phocas.*
Ann. Chr. 963.

990 ** ΘEOTOC BHΘ. NICHF. DES. Prot. Deiparae nimbatae a dextris, juxta quam M. Θ. *(Mater Dei)* et altera sm. Nicephori crucem una tenent.)(Aversa ut N. 988.

BASILIUS II.
Cum fratre Constantino IX.
Ann. Chr. 975.

991 ** † BASIL. C. CONSTANTIN BA. Prot. duae quarum altior barbata dm., imberbis minor sm. crucem longam una tenent.)(Aversa ut 988. *m. m.*

CONSTANTINUS XI. *solus.*
Ann. Chr. 1025.

992 ** † CωNSTANTINOS BAS Rω. (sic.) Prot. adv. solita d. crucem longam globulis distinctam, s. globum minoribus 4 globulis in crucis formam desuper dispositis.)(Aversa ut 988. *m. m.*

993 ** Alius similis script. BASILEUS RM. *m.*

CONSTANTINUS XII. MONOMACHUS. ****
Ann. Chr. 1042.

994 ✡ CωNSTANTINOS BASILEUS RM. Protome adv. stemm. crucig. gemmato, hinc inde *, d. glob. crucif. s. ensem conditum.)(Aversa Jes. Chr. ut 988. Tab. VI. N. 96. *m. m.*

995 ✡ MONOMA. Imp. stans habitu regio d. ensem vagina inclusum: ad ejus sinistram Sanctus (probabiliter) Georgius capite nimbato et habitu militari, s. gladium lateri adcinctum, crucem longam globo impositam una tenent, juxta o et literae fugientes, infra ɔ sin. Y.)(IC. XC. Christus pulvinari insistit; hinc inde *. Numus scyphatus et metallo nonnihil pravo. V. Tab. Supl. N. 23. *m. m.*

ISAACIUS. *Comnenus.*
Ann. Chr. 1057.

996 *** † ICAAKIOC BACIΛEVC PωM. Imp. stans adv. d. narthecium, s. gladium vagina inclusum ponit.)(Chr. sedens ut 985. *m. m.*

CONSTANTINUS XIII. *Ducas.*
Ann. Chr. 1059.

997 ** † ΚΩΝ ΒΑCΛ Ο ΔΟΥΚΑC. Ipse stans adv. d. narthecium, cujus hastae globus adfixus, s. glob. crucif.)(Ut 985.

998 ** † ΚΩΝ ΒΑCΛ . . . . ΔΟΥΚΑC. Idem Imp. a dextris stans d. pectori admota, s. glob. crucif. benedicitur a Deipara retrostante, supra quam Μ. Θ.)(Ut 984. *m. m.*

EUDOCIA.

Uxor primum Const. XIII. dein Romani IV.

999 * † ΜΙΧ. ΕΥΔΚ CE ΚΩΝΣ. Eudocia stans altior super pulvillo d. sceptrum inter filios fors Michaelem VII. et forte Constantinum)(Ut 985. Numum ab Eckhelio e mea collectione recitatum expono Tab. VI. N. 97.

ROMANUS IV. *Diogenes.*
Ann. Chr. 1068.

1000 ** Θεε βοηθ ΡΩΜΑΝΩ. Imp. dm. stans cui Deipara, supra quam Μ. Θ. d. imponit.)(Ut 981.

1001 ** Al. similis, sed scyphatus.

ANDRONICUS CONSTANTINUS *et* MICHAEL *cum* EVDOCIA *matre, et* ROMANO IV. *Diogene.*

1002 *** ΚΩΝ. ΜΧ. ΑΝΔ. Michael altior stans inter Constantinum, et Andronicum pulvillis insistentes illa d. narthecium, s. volumen, hi globos crucif. tenent.)(ΡΩΜΑΝ ΕΥΔΟΚΡΙΝ. Christus nimbatus altior tapeti insistens d. manum imponit super Romanum, et s. super Eudociam. Talem depingit Tanini Tab. XI. N. 3.

ROMANUS IV. *cum* EVDOCIA *uxore.*

1003 *** † ΡΩΜΑ Ε. ΕΥΔΚΡΙ. Prot. adv. Romani et Eudociae crucem longam globoimpositam una tenent.)(† ΚΕ ΒΟΗΘ. Protome B. V. velata adversa clypeum ostentat, in quo Infantis Jesu effigies; in area ΜΡ. ΘΥ. Differt omnino a numo Bandurii.

MICHAEL VII.
Ann. Chr. 1071.

1004 ** † ΜΙΧΑΗΛ ΒΑCΙΛΟΔ. Prot. adv. d. narthecium, s. ♁)(Prot. J. Chr. cum IC. XC. *m. m.*

NICEPHORUS III. *Botaniates.*
Ann. Chr. 1078.

1005 *** † ΝΙΚΗ. ΔΕC. ΤΩ ΒΟΤΑΝΙΑΤΑ. Ipse stans adv. d. narthec. in cujus hasta X. s. ♁)(IC. XC. Christus sedens d. elata, s. librum.

ALEXIS I. *Comnenus.*

1006 ** ΑΛΕΞΙΩ ΔΕCΠΟΤΗ ΤΩ ΚΟΜΝΗΝΩ. Imp. adv. stans d. narthecium, s. ♁, sex globis in stola pendente conspicuis.)(† ΚΕ ΒΟΗΘΕΙ. Christ. sedens d. elata, s. librum; superne IC. XC. *m. m.*

IOHANNES II. *Comnenus* PORPHYROGENITVS.
Ann. Chr. 1118.

1007 ** IΩ ΔΕCΠΟΤ ΤΩ Π . . ΦΥΡΟΓΕΝΗΤ. Imp. stans adv. d. narthecium, s. volumen, cui B. Virgo dextram imponit dm. superne ΜΡ. ΘΥ.)(IC. XC. J. Chr. sedens adv. d. elata, s. librum. *M.*

1008 Alius rudioris artificii literis fugientibus, et scyphatus. *M.*

ISAACIUS II. *Angelus.*
Ann. Chr. 1185.

1009 * ICΑΑΚ . . . . ΔΕC. Imp. adv. stans manu de coelo protegente d. crucem, s. gladium in vagina clausum tenet una

cum adstante archangelo, supra quem ΑΡΧαγγελος, infra quem ΜΧ. id est ΜΙΧΑΗΛ. S. Michael quidem cultum eximium tulit a Constantinopolitanis, ut et a Longobardis.)(ΜΡ. ΘV. Maria V. sedens adv. puerum Jesum in sinu ostentat. Ob metatheses inscriptionis exposui numum hunc Tab. VI. N. 99.

1010 ✡ Alius, sed legitur ΔΕCΠΟ. etc.)(ΜΡ. ΘV. Eadem B. V. Maria librum utraque manu ante pectus tenet. Ad librum Evangeliorum hunc non advertit Eckhelius. V. numum depictum. Tab. VI. N. 98.

MICHAEL. VIII. *Palaeologus.*

Ann. Chr. 1260.

1011 **** ΜΙΧΑΗΛ ΔΕCΠΟΤ. Ο. ΠΑΛΕΟ. Christus sedens dm, juxta quem IC. XC. pro cujus pedibus Imp. sm. genuflexus, quem Deipara pone stana Redemptori sistit.)(ΜΡ. ΘV. Protome Deiparae manibus expansis, circumdata moenibus ac turribus Constantinopolis. Vid. Eckh. VIII. pag. 268. Cimelium hoc ornamentum praestans est collectionis meae, quod illum mihi dono reliquerit Sereniss. Archidux Austriae Carolus Ambrosius Archiepiscopus Hungariae Primas, cum die 21. Novembris anni 1809. illam meus hospes inspexit.

ANDRONICUS. II. *Palaeologus.*

Ann. Chr. 1328.

1012 *** ΑΝΔΡΟΝΙΚΙ ΙΔΕCΠΟΤΗC ΠΟΛΙ ΚΘ.. Christus nimbat. dm. stans, pone quem IC. XC. dextram imponit. capiti nimbato Andronici suppl. in genua provoluti.)(Maria in castris. Ut 1007.

MICHAEL. IX. *Palaeologus fil.* Andr. II.

1013 *** ΑΝΔ. Κ. . . Christus altior stans, juxta quem IC. XC. dextra protegit adstantem Andronicum II. sin. Michaelem IX.)(Eadem B. V. M. in castris. Ut N. 1007.

1014 ✡ Divo traiano avgvsto. Prot. Trajani laur. sin.)(Saturnus, vel Africae Genius proboscide elephanti tectus sm. sedens, pone quem clava loro obvoluta imaginem palladii d. sustinet sedens ante Zodiacum tripodi impositum. M. M. Figuram hanc in numo Max. M. Commodi videbis in mea Tab. Impp. Æ. III. N. 21. et in Museo Pisano. In numis contorniatis jam notus est typus; at non in Trajani, neque crassa aurea pellicula ad munificentiam obductus, quae causa potissima fuit, ut cimelium hoc ad coronidem aureorum meorum attulerim. (V. quae adnotavi in Contorniat. N. 28.) Tab. VI. N. 100.

NUMI AUGUSTORUM

AUGUSTARUM ET CAESARUM.

EX ARGENTO.

C. IULIUS CAESAR.

Signati usque adannum V. C. 706.

1 Cap. Veneris sm.)(CAESAR. Aeneas d. palladium, s. humero Anchisem portat sm.

2 Al. simil. sed juxta cap. Veneris luna incusa.

3 CAESAR. Elephas sm. grad. d. pede serpentem calcans.)(Simpulum, aspergillum, secespita, apex.

4 Cap. Veneris sm. adhaerente collo Cupidine.)(CAESAR. Tropaeum duobus adsidentibus captivis.

5 Al. cap. Ven. dm. cum Cupidine. j, lituus, pone sceptrum.)(Ut N. 4.

6 Al. cap. sm. laur. collo margarit. ornato; pone II. T.)(CAESAR Tropaeum; juxta secespita.

7 ** Al. sed captivus sub tropaeo sedens.

8 Cap. Ven. sm. diad.)(Duo C. cop. sm. pone Q.

V. C. 707. Ante Chr. 47.

COS. II. DICT. I. II.

Vide numum A. ALLIENVS in Familiis.

V. C. 708. Ante Chr. 46.

COS. III. DICT. II. III.

9 Cos TERT. DICT. ITER. Cap. Cereris sm.)(AVGVR. PONT. MAX. Instrum. pontificum.

10 Al. in area D — M.

V. C. 709. Ante Chr. 45.

COS. IV. DICT. III. IV.

11 ** Cap. Jul. Caes. laur. sm.)(L. FLAMINIVS III. VIR. Felicitatis stantis sm. symbolum d. caduceum, s. h.

12 * CAESAR IMP. Id. pone lituus supra

vasculum.)(M. METTIVS. Mul. succincta dm. stans d. vict. s. h. clypeo globo imposito innixa, j. I.

13 * Al. script. CAESAR IMPER. in aversa R.

14 ** CAESAR DICT. QVART. Cap. id. p. lituus.)(M. METTIVS. Juno Sispita in citis bigis sm.

V. C. 710. Ante Chr. 44.

COS. V. DICT. PERPETVO PARENS PATRIAE.

15 * CAESAR IM. P. M. Cap. id. sm. p. luna.)(L. AEMILIVS BVCA. Mul. nicephora seu Venus victrix. dm. st. s. h.

16 * Al. sim. cum signis in aversa incusis.

17 CAESAR DICT. PERPETVO. Cap. Id.)(L. BVCA. Ut N. 15.

18 ** Al. cap. velato.)(C. MARIDIANVS. Ut N. 15.

19 ** CAESAR PARENS PATRIAE. Cap. id. pone apex, j. lituus.)(COSSVTIVS MARIDIANVS A. A. A. F. F. in area numi decussatim.

20 * CAESAR IMP. Cap. id. p. *.)(P. SEPVLLIVS MACER. Venus victrix eadem.

21 * CAESAR DICT. PERPETVO. Cap. id.)(Ven. victr. ad imum hastae stella adfixa.

22 Al. sed pro stella ad imum hastae clypeus.

23 Al. sed cap. eodem in aversa incuso.

24 Al. sed Caesar cap. velato.

Numi Jul. Caes. post ejus mortem signati.

25 CAESAR DIC. Cap. id. laur. pone urceus.)(M. ANTON IMP. R. P. C. Cap. M. Antonii nud. sm. p. lituus.

26 ** Cap. id. j. caduceus, pone lauri ramus cum baccis.)(L. LIVINEIVS REGVLVS. Taurus cornup. sm.

27 ** CAESAR IMP. Cap. id. laur.)(P. CLODIVS M. F. Mars nudus st. sm.

28 ** Cap. id. hinc S. inde C.)(T. SEMPRONIVS GRACCVS Q. DESIG. S. C. Aquila legion. sm. inter signum milit. et aratrum, ac decempedam.

29 *** CAESAR DIC. PER. script. in sella curuli, supra quam corona.)(CAESAR III. VIR. R. P. C. Cap. Octaviani juvenile nud. sm. Vix in Famil. Morelli habetur hic Denarius.

30 * Cap. Jul. Caes. l.)(L. MVSSIDIVS LONGVS. Tem. globus C. cop. caduceus, apex.

31 * Al. cum signis in adversa incusis.

32 ** Al.)(Q. VOCONIVS VITVLVS Q. DESIGN. S. C. Vitulus dm. stans. Quare hi tres numi huc spectare possint erue ex dictis ab Eckhelio in Familia Mussidia. Tom. V. p. 259.

Divus Julius.

33 ** DIVI IVLI. Cap. Jul. Caes. laur. p. lituus. Q. VOCONIVS VITVLVS. Vitulus sive bos dm. stans. Hic numus, uti et N. 30. et 32. reticentur hic ab Eckelio, quod de iis jam in Famil. laus fuerat.

34 ** IMP. CAESAR III. VIR. ITER. R. P. C. Cap. Octaviani nud.)(COS ITER ET TER. DESIG. Templum 4 column. in cujus peristylio DIVO IVL. Julius intus stat habitu augurali dm. juxta ara luculenta.

35 DIVVS IVLIVS. Cometes.)(CAESAR AVGVSTVS. Cap. Octaviani laur. sm.

M. IUNIUS BRUTUS *qui et* Q. CAEPIO.

36 BRVTVS. Cap. L. Bruti nudum mod. barbat.)(AHALA. Cap. Servilii Ahalae nud. barbatum.

37 LIBERTAS. Cap. Libertatis sm.)(BRVTVS. Consulis processus inter duos lictores dm. praeeunte accenso.

38 *** Brvt. imp. l. plaet. cest. Cap. M. Bruti nudum vix barbatum am.)(eidibus martiis. Pileus libertatis inter duos pugiones.

39 * Brvtvs. Secespita, capeduncula, culter.)(lentvlvs spint. Praefericul. et lituus.

40 * Costa. leg. Cap. mul. laur. sm.)(brvtvs imp. Tropaeum.

C. CASSIUS IMP.

41 *** C. cassi imp. Cap. mul. laur. am.)(m. servilivs leg. Acrostolium. Numus hic, qui nonnisi aureus existit, argenteus est inauratus. Alibi jam notavi, quam caute in falsariorum fraudibus evadendis egerint antiqui.

42 * C. cassi imp. leibertas. Cap. mul. diad. velat. sm.)(lentvlvs spint. Urceus et lituus.

SEX. POMPEIUS IMP.
Ab Ann. V. C. 709. *ad* 719.

43 Mag. pivs imp. iter. Cap. Pompei patris sm. prae quo lituus, pone urceus.)(praef. clas. et orae marit. ex s. c. Neptunus nudus d. acrostolium navim dm. conscendit inter Anapium et Amphimachum fratres pios catanenses.

44 Al. sed hinc triremis, supra quam turris rotunda, inde Scylla dm. remo in ictum elato.

45 Al. sed hinc cap. Neptuni sm. p. tridens; inde tropaeum navale.

46 * Neptvni. Cap. Pompei patris sm. j. tridens.)(q. nasidivs. Navis velificans am. p. astrum.

47 * Varro pro q. Herma barbat. laur. am.)(magn. pro. cos. Delphin et aquila medio acept. Fam. Terentiam spectat.

48 Cap. Pall. gal. alat. j. X. pone urceus.)(sex pompeivs postlvs. roma. Pastor ad ficum ruminalem am. stans, infra lupa romana. V. simil. in Familia Pompeja.

49. M. poblici leg. pro. pr. Cap. Pall. gal. sm.)(cn. magnvs imp. Imp. e navi dm. egrediens a muliere palmae ramum accipit, pone quam clypeus. V. alium in Famil. Poblicia.

M. AEMILIUS LEPIDUS iii. vir.
An. V. Chr. 711. *ad* 718.
Ante Chr. 43 — 36.

50 ** M. lepidvs iii. vir. r. p. c. Cap. hujus nudum am.)(c. caesar imp. iii. vir. Cap. Octaviani nud. sm.

51 * M. lepidvs cos. imp. Capeduncula aspergillum, secespita, apex.)(m. anton. cos. imp. Lituus, praefericulum, corvus.

52 * Lep. imp. Aspergillum, securis, capeduncula. ant. imp. Guttus, ad quem corvus dm. accedit. *Quin.*

M. ANTONIUS.
An. V. C. 711. *ad* 724.
Ante Chr. 43 — 30.
iii. vir. r. p. c. cos. imp.

53 iii. vir. r. p. c. Cap. mul. velat.)(m. anton. caesar. Duae dextrae caduceum una tenent. *Quin.*

54 * Cap. Antonii barbatulum velatum; j. lituus. p. urceus.)(p. servilivs macer. Vir in binis equis desult. cit. sm. p. corolla.

55 * M. antoni imp. Cap. nud.)(iii. vir. r. p. c. Templum distylum, in quo cap. Solis.

56 IMP. Cap. idem, p. lituus)(M. ANTONIVS III. VIR. A. P. C. Cap. Solis sm.

57 Prot. Victoriae alatae)(LVGDVNI A. XL. Leo grad. *Quin.*

58 III. VIR. R. P. C. Prot. Vict.)(ANTONI IMP. A. XLI. leo grad. *Quin.*

V. C. 712. *Ante Chr.* 42.

59 *** C. ANTONIVS M. F. PRO COS. Prot. mulieb. pileo in petasi formam tecta sm.)(PONTIFEX. Securis et duo simpuvia. Cajo Antonio fratri, an Cajo alteri patruo tribuendus sit hic numus Vid. ap. Eckhel. Tom. VI. pag. 41.

V. C. 713. *Ante Chr.* 41.

60 * M. ANT. IMP. AVG. III. VIR. R. P. C. NERVA PROQ. P. Cap. nud. sm.)(L. ANTONIVS COS. Cap. Lucii Ant. fratris nud. sm. subaerat.

61 Al. sed.... BARBAT. Q. P.)(CAESAR IMP. PONT. III. VIR. R. P. C. Cap. Octaviani nudum. sm.

62 * ANT. AVG. IMP. III. VIR. R. P. C. Cap. nud.)(PIETAS COS. Mul. dm. stans d. gubernaculum, s. C. cop. prae pedibus ciconia.

63 * M. ANTONIVS IMP. III. VIR R. P. C. Cap. Ant. sm. p. lituus.)(PIETAS COS. scriptum in area. Mul. dm. stans d. arulam accensam, s. C. cop. duabus ciconiis illi instantibus. Numus subaeratus.

V. C. 714. *Ante Chr.* 40.

64 ** M. ANTONIVS AVG. III. VIR. R. P. C. Lituus et guttus)(L. PLANCVS PRO COS. Fulmen, guttus, caduceus.

65 * ANT. IMP. III. VIR. R. P. C. Cap. nud. p. lituus.)(CN. DOMIT. AHENOBARBVS IMP. Prora sm. supra quam astrum.

66 Al. similis subaeratus.

V. C. 718. *Ante Chr.* 36.

III. VIR. R. P. C. COS. DES. II. ET III. IMP. III.

67 M. ANTONIVS M. F. M. N. AVGVR IMP. TER. Ipse augurali habitu sm. stans.)(III. VIR. R. P. C. COS. DESIG. ITER. Cap. solis sm.

68 ** ANTONIVS AVGVR COS. DES. ITER ET TERT. Cap. nud.)(III. VIR R. P. C. IMP. TERTIO. Tiara Armenica, arcu et sagitta decussatim additis.

69 M. ANT. AVGVR III. VIR. R. P. C. Cap. id.)(IMP. TER. Tropaeum clypeo hinc inde jacente.

70 * M. ANT. IMP. AVG. III. VIR R. P. C. L. GELLIV Q. P. Cap. id. pone urceus)(CAESAR IMP. PONT. III. VIR R. P. C. Cap. Octaviani nud. pone lituus. Vide Eckhel. Tom. V. pag. 225.

V. C. 720. *Ante Chr.* 34.

III. VIR R. P. C. COS. II. DES. III. IMP. III.

71 ANTON. AVG. IMP. III. COS. DES. III. III. VIR. R. P. C. Cap. nud.)(M. SILANVS AVG. Q. PRO. COS. in area.

72 Al.)(ANTONIVS AVG. IMP. III. in area.

(CLEOPATRA *eod. anno.*)

73 * ANTONI ARMENIA DEVICTA. Cap. Ant. nudum sm. p. tiara armenica)(CLEOPATRAE REGINAE REGVM FILIORVM REGVM. Cap. Cleopatrae diad. sm. j. prora navis sm.

V. C. 723. *Ante Chr.* 31.

III. VIR R. P. C. COS. III. IMP. III.

74 * M. ANTO. COS. III. IMP. IIII. Cap. Jovis Ammonis sm.)(ANTONIO AVG. SCARPVS IMP. Victoria dm. grad. d. coron. elevat., s. humero palmam.

75 ** M. ANTONIVS AVG. IMP. IIII. COS. TERT. III. VIR. R. P. C. Cap. Ant. nud. sm.)(D. TVR. in nexu. Victoria dm. grad. d. coro-

nam lemniscis in spiras pendendibus, s. palm. omn. intra laur. Vide similem in famil. Turillia.

Numi Legionum, et Cohortium.

76 **** ANT. AVG. III. VIR R. P. C. Navis praetoria sm.)(LEG. I. Aquila legion. sm. inter duo signa militaria. Integerrimus. Sequuntur II — III — IV — V — VI. — Item rara altera a M. Aur. et L. Vero restituta — VII — VIII — IX — X — XI — XII — XII ANTIQVAE — XIII — XIIII. — Altera scripta XIV — XV — XVI — XVII. — Altera CLASSICAE. — XVIII. — Altera scripta LYBICAE — XIX — XX — XXI — XXII — XXIII. —

**** Demum XXX. quae indubiae fidei est.

105 Ead. adversa)(CHORTIVM PRAETORIARVM. Ead. aversa.

106 Id.)(CHORTIS SPECVLATORVM. Tria signa mil. erecta.

Numi alii commatis peregrini.

107 * M. ANTONIVS IMP. COS. DESIG. ITER. ET. TERT. Cap. Ant. haedera et corymbis redimit. sm. sub quo lituus; omn. intra coron. hederae)(III. VIR. R. P. C. Cista Bacchi inter duos serpentes, cui imminet cap. mul. nud. am. Cistophor. *m. m.*

108 * Ead. epigr. Capita jugata am. Antonii hedera redim, et muliebre nud.)(Idem sed supra cistam Bacchus stolatus d. cantharum, s. thyrsum. Cistophor. *m. m.*

Numi alii ab Eck. dissimulati.

109 ANTONIVS IMP. Cap. nud. Ant. sm.)(CAESAR IMP. Caduceus alatus.

110 M. ANT. IMP. Lituus, guttus, et corvus.)(Vict. tropaeum coronans. *Quin.*

111 * Cap. ut N. 65)(IMP. XI. Capricornus globum intra pedes sm. tenens. Num. Subaeratus, quem sisto depictum Impp. arg. Tab. I. N. 1. Non observavit falsarius detegi facile debuisse fraudem ex anachronismo aversae, quae respicit Annum V. C. 743 in aversa M. Antonii, qui ab annis jam 18. se occiderat.

Vide alios inter Pop. et Familias.

C. ANTONIUS.

Vide relatum sub *an. V. C. 712. N. 59.*

L. ANTONIUS.

112 * Denarius similis illi, quem retuli N. 60 ad an. V. C. 713.

AUGUSTUS.
Ab Ann. V. C. 711 — 718.
Ante Chr. 43 — 36.

CAESAR III. VIR. R. P. C. PONT. COS. DES. II. III. IMP. I. II. III. IV.

Numos a Sempronio et Voconio cusos vid. in Jul. Caes. N. 38. 33.

Alium cum nomine in sella curuli Vide N. 29.

113 CAESAR IMP. III. VIR R. P. C. Cap. juvenile nud. sm.

Alios vide in M. Antonio.

114 Cum capite M. lepidi ut N. 50.

115 ** C. CAESAR III. VIR. R. P. C. Cap. Octav. nud. sm.)(POPVLI IVSSV. Ipse eques citus dm. d. elata.

116 * Id. cap. mod. barbato)(Q. SALVIVS IMP. COS. DESG. Fulmen.

117 * Al.)(S. C. Ipse in equo lento sm. d. elata.

118 *** Al. capite Palladis gal. sm.)(Tropaeum et aquila legion. inter duo signa mil. — Subaerat. et deest in Eck. cum protome Palladis, cujus loco est cap. Octaviani.

119 Duo quinarii, alter altero minor, ut N. 53. *Quin.*

120 CAESAR IMP. Cap. Octav. juv. nud.)(ANTONIVS IM. Caduceus.

121 * IMP. CAESAR DIVI IVLI F. Cap. id.)(M. AGRIPPA COS. DESIG.

122 Ut N. 34.

123 Ut N. 61.

124 Ut N. 61, hinc urceus, inde lituus.

125 IMP. CAESAR DIVI F. III. VIR ITER R. P. C. Cap. id.)(COS. ITER. ET TER. DESIG. Instr. pontific.

Numi ab ann. V. C. 719 ad 726. Ante Chr. 35—28.

PONT. COS. I—VI. IMP. IV—VII.

126 * Cap. Octaviani anepigr. nud. sm.)(CAESAR DIVI F. Apollo Actius rupi sm. insid. lyra canit, pone humeros petasus.

127 Al. sed Venus aversa sm. stans d. galeam, s. h. transv. pone jacet clypeus.

128 Al. sed Victoria globo dm. insist.

129 * Al. sed hinc cap. imb. laur. sm. pone sceptr. juxta hederae fol. Numus subaeratus.

130 * Al. sed Mulier dm. st. d. ram. s. C. cop.

131 * Prot. Victoriae sm.)(Eadem epigr. Neptunus d. acrostol. s. trid. globum d. pede dm. calcat.

132 * Cap. mul. disd. sm.)(Ead. epigr. Ipse miles dm festin. d. extensa, s. h. transv.

133 * Al. juxta ramus)(Id. Miles sm. grad. d. elata s. humero hastam.

134 CAESAR IMP. VII. Cap. id.)(ASIA RECEPTA. Vict. cistae Bacchii insist. dm. inter duos serpentes.

135 * CAESAR DIVI F. COS. VI. Cap. id.)(AEGYPTO CAPTA. Crocodilus sm.

Numi Octaviani.

Cum praenomine IMPERATORIS.

136 *** IMP. CAESAR DIVI F. COS. VI. LIBERTATIS P. R. VINDEX. Cap. Augusti laur. sm.)(PAX. Mul dm. stans d. caduceum, pone cista mystica supra quam serpens. Omnia intra lauream. *m.*

137 Cap. Aug. nud.)(Templum rotondum clausum inter cancellos, in cujus peristyl. IMP. CAESAR.

138 Al. sed Columna rostrata.

139 Al. sed hinc Victoria navi sm. insist. inde Imp. in quadr. triumph. sm. d. lauri ramum.

140 Cap. id.)(Id. sed tropaeum navale.

141 Al. sed epigr. scripta in epistylio arcus, supra quem Imp. in lentis quadrig. adversis.

142 Cap. Apoll. laur. sm.)(Id. Colonus agens boves sm.

143 * Cap. Caes. laur. sm. hermae impositum, pone fulmen.)(Id. Imp. nicephor. in sella curuli sed. dm.

144 * Cap. Aug. nud.)(Id. Cap. Aug. hermae supra fulmen adversus insistens.

145 * Al. sed IMP. CAESAR DIVI F. Clypeus rotondus punctatus.

146 * IMP. Cap. Martiis vix barbat. galeat. sm.)(CAESAR. Clypeus, in quo * hasta transversa.

V. C. 731. Ante Chr. 23.

COS. XI. PONT. IMP. VIII. TRIB. POT.

147 ** AVGVSTVS TR. POT. Cap. nud.)(P. STOLO III. VIR. Apex inter duo Ancilia. Subaeratus.

V. C. 732. Ante Chr. 22.

TR. P. I. II. COS. XI. PONT. IMP. VIII.

148 * CAESAR AVGVSTVS. Cap. nud. dm.)(IOVI TON. Jupiter st. dm. in templo hexastylo.

149 ** IMP. CAESAR AVGVST. Idem)(P. CARIS.

leg. propr. Galea personata, supra quam taeniae inter pugionem et asciam.

150 Al. Cap. laur.)(p. carisi leg. Vi t. ad tropaeum sm. at. *Quin.*

V. C. 734. *Ante Chr.* 20.

tr. p. iii. iv. cos. xi. pont. imp. ix.

151 Caesar avgvstvs. Cap. nud. am.)(signis receptis. Mars dm. stans d. aquilam legion. s. signum mil. s. humero portat.

152 ** L. aqvillivs florvs iii. vir. Cap. Solis sm.)(signis rece. caesar avgvstvs. Parthus sm. genuflexus d. signum reddit.

153 ** Avgvstvs. Cap. Aug. nud. am.)(l. caninivs gallvs iii. vir. Typus idem.

154 * tvrpilianvs iii. vir. Cap. Feroniae florib. redim. am.)(Ut N. 152.

155 Caesar avgvstvs. Cap. Aug. nud. dm.)(signis recepti s. p. q. r. Clypeus inter signum mil. et aquilam legion.

156 Al. cap. sm.)(Id. sed scriptum *Clypeus Votivus* in clypeo inter aquilam legion. et signum mil.

157 Caesari avgvsto. Cap. laureat sm.)(s. p. q. r. Aquila legion. in quadr triumphal. am. supra cujus apicem 4 equi citi.

158 Al. sed templ. rotond. in quo aquila legion. in curru libero, supra quem 4 equi citi sm.

159 * Al.)(mart. vltori Templum rotondum, in quo aquila legion. inter duo signa mil. cum simili subaerato.

160 * Caesar avgvstvs. Cap. nud. dm)(mart. vlt. Templ. rotond. 4 column. in quo Mars dm. st. d. aquil. legion. s. sign. mil. transv.

161 ** Cap. Martis gal. sm.)(signa p. r. Aquila legion. et ara inter duo signa mil.

162 ** Avgvstvs. Cap. nud. sm.)(armenia capta. Tiara armenica, binae pharetrae et arcus. Anima subaerati.

163 Prot. Muliebr. sm. redimit. epigr. incerta juxta xxxxvi.)(caesa..... Armenus d. genuflexo sm. supplices manus demittens. Debebat ibi esse cap. galeatum, hinc vero legi caesar divi f. arme. capt. sed licet totus argenteus sit numus plagiarius in eo typum alienum barbare induxit.

V. C. 735. *Ante Chr.* 19.

tr. p. iv. v. cos. xi. pont. imp. ix.

164 * Cap. Aug. querna redim. sm.)(fortunae reduci caesaris avgusti s. p. q. r. Ara quadrata. Alium analogum Vide in Gente Rustia.

165 **** Imp. ix. tr. po. v. Cap. Aug. nud. sm.)(s. p. r. (sic) signis receptis scriptum intra arcum triumphalem, super quo Imp. in quadrig. sm. in cuius epistylio imp. ix. tr. pot. v. E mea collectione recitatur ab Eckhel. Tom. VI. pag. 100. *m. m.*

166 *** Al.)(mart. vlto. Templum rotondum super 5 gradibus, in quo signum militare. Eck. loco cit. *m. m.*

167 *** Al.)(com. asiae Templum hexastylum, in cujus epistylio script. rom. et avg. Eck. loco cit. *m. m.*

V. C. 736. *Ante Chr.* 18.

tr. p. v. vi. cos. xi. pont. imp. ix.

168 * S. p. q. r. imp. caesari avg. cos. xi. tr. pot. vi. Cap. nud.)(civib. et sign. milit. a parth. recvper. Arcus trium fornicum, supra quem Aug. in quadrig. triumph. adv. hinc inde Parthus stans hic signum mil. ille aquilam legion. offerens.

169 ** Cap. Aug. nud. sm. anepigr.)(signis parthicis receptis script. in area. Numus ab Eck. dissimulatus.

V. C. 737. Ante Chr. 17.

TR. P. VI. VII. COS. XI. PONT. IMP. IX.

170 AVGVSTVS TR. POT. VII. Cap. laur.)(IMP. CAES. AVG. LVD. SAECulares inscript. cippo juxta XV. S. F. (Quindecemvir Sacris Faciundis) in orbem L. MESCINIVS RVFVS III. VIR. Vid. in Gente Mescinia.

V. C. 738. Ante Chr. 16.

TR. P. VII. VIII. COS. XI. PONT. IMP. IX.

171 * S. P. Q. R. CAESARI AVGVSTO. Cap. nud. sm.)(VOT. P. SVSCepta PROSALute ET REDitu Iovi Optimo Maximo SACrum; script. partim in area. Mars nudus galeatus dm. stans d. vexillum, s. parazonium.

172 * Al. simil. sed Cap. Aug. dm., et epigr. scripta tota in orbe.

173 * Cap. Aug. laur. sm.)(S. P. Q. R. Votum Pro REDitu CAESaris inscriptum basi cui insistit Mars dm. d. h. s. parazonium in orbe L. MESCINIVS RVFVS.

174 ** IMP. CAES. AVGV. COMMVNI CONSensu inscript. cippo, extra quem in orbem L. MESCINIVS RVFVS III. VIR.)(Iovi optimo maximo S. P. Q. R. Votum susceptum PRO salute IMP. CAE. QVOD PER EVm RES Publica IN AMpliore ATQue TRANquilliore statu EST scriptum in querna. Numo huic genuino inducta fuit adversa dissimilis eo quod forte legitima, quae aderat vel damnum passa a temporibus, vel ab inscita manu abrasa studio fuerat.

Numum Antistii cum Instr. pontif. Vide in Gente Antistia.

175 ** Statua equestris Augusti super cippo sm. ante portam civitatis.)(Cippus cui inscript. S. P. Q. R. QVOD Viae Munitae Sunt EX EA Pecunia Quam IS AD Aerarium DEtulit: in orbem L. VINICIVS L. F. III. VIR. Anima subaerati, quae fuerat inaurata.

176 * S. P. Q. R. CAESARI AVGVSTO. Cap. nud. sm.)(QVOD VIAE MVNITAE SVNT. Pons opere arcuato, sive Ariminensis adhuc existens, cui alii duo fornices insistunt: super his Imp. in quadrig. triumph. sm. pone quem victoria.

V. C. 742. Ante Chr. 12.

TR. P. XI. XII. COS. XI. IMP. X. XI.

Incipit PONTIFEX MAXIMVS.

177 AVGVSTVS DIVI F. Cap. nud. sm.)(IMP. X. ACTius Apollo Actius stolatus dm. stans d. plectrum, s. lyram.

178 Al.)(IMP. X. Bos cornupeta sm. — dm.

180 Al. sed Aug. togatus sedet in suggestu dm. cui duae figurae viriles ramos lauri offerunt.

181 * S. P. Q. R. intra coronam quernam)(SALVS GENERIS HVMANI. Victoria globo dm. insistit. Observat Eckhel. numum hunc tempora Galbae respicere posse quibus idem omnino typus recurrit.

V. C. 743. Ante Chr. 11.

TR. P. XII. XIII. COS. XI. P. M. IMP. XI.

182 AVGVSTVS DIVI F. Cap. nud.)(IMP. XI. Capricornus sm. globum pedibus atringens. Vide supra N. 111. typum hunc a falsario M. Antonii capiti perperam sociatum.

V. C. 744. Ante Chr. 10.

TR. P. XIII. XIV. COS. XI. P. M. IMP. XII.

183 AVGVSTVS DIVI F. Cap. laur. sm.)(IMP. XII. Bos cornupeta sm.

184 Al. sed Bos cornu dm. petit.

185 Al. cap. Aug. nudo, et Bos petit sm.

186 Al. cap. laur.)(IMP. XII. SICIL. Diana stolata sm. consistens d. sagittam e pharetra quaerit, s. arcum protensum.

187 Al. cap. nudo Aug. et Diana dm. st. d. h. juxta canis venaticus, s. arcum ponit.

V. C. 746. *Ante Chr.* 8.

TR. P. XV. XVI. COS. XI. P. M. IMP. XIV.

188 AVGVSTVS DIVI F. Cap. l.)(IMP. XIIII. Imp. puerum oblatum recipit etc. Vide inter aureos hujus anni.

V. C. 752. *Ante Chr.* 2.

TR. P. XXI. XXII. COS. XIII. P. M. IMP. XIV. *Incipit* PATER PATRIAE.

189 CAESARI AVG. script. in imo. Quadrigae triumphales sm. quibus 4 equi citi insistunt)(S. P. Q. R. PARENTI CONSERVATORI avo. Sceptr. aetophorum, togae pictae pars superior, laurea.

190 Al. sed scriptum superne CAESARI AVGVSTO.

191 * AVGVSTVS DIVI F. Cap. Aug. laur. sm.)(C. CAES. AVG. F. Cajus in equo cito sm. s. clyp. pone aquila legion. inter duo signa mil.

192 CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE. Cap. Aug. laur. sm.)(C. L. CAESARES AVGVSTI F. COS. DESIG. PRINC. IVVENT. Cajus et Lucius togati stantes cum clypeis positis et hastis, media super illos capeduncula et lituo.

193 Al. similis, sed sub caped. et lituo litera B.

194 Al. sine B. et barbarus. Denarios hosce (uti et inferius sub N. 238.) huc locavi non tantum ratione tituli *Patris Patriae*; quam quod ex mente Card. Norisii asserit Eck. Lucium Caj fratrem hoc anno dictum fuisse *Principem Juventutis*.

V. C. 760. *post Chr.* 7.

TR. P. XXIX. XXX. COS. XIII. P. M. P. P. IMP. XV.

AVGVSTVS DIVI F. Cap. laur. sm.)(TR. POT. XXX. Vict. globo insid. sm. Quinarium hunc aureum jam pictum memoravi N. 35 Tab. I. Impp. in Auro N. 2.

V. C. 764. *Chr.* 11.

TR. P. XXXIII. XXXIV. COS. XIII. P. M. P. P. IMP. XX. Vide numum Æ. hujus anni loco suo.

V. C. 766. *Chr.* 13.

TR. P. XXXV. XXXVI. COS. XIII. P. M. P. P. IMP. XX.

195 ** CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE. Cap. Aug. laur.)(TI. CAESAR AVG. F. TR. POT. XV. Cap. Tiberii nudum sm.

196 * Al. sed in aversa Tiberius triumph. in quadrigis sm.

NUMI AUGUSTI VAGI.

197 CAESAR AVGVSTVS. Cap. Aug. laur. sm.)(DIVVS IVLIVS script. in media area. Stella crinita.

198 Al. script. DIVVS superne, inf. vero IVLIVS.

199 Cap. Aug. nud. sm. anepigr.)(AVGVSTVS. Capricornus sm. e cujus dorso C. cop. pedibus globum et temonen stringit. — Al. globo minore, et pone punctum. — Al. cap. Aug. dm. — Al. cap. Aug. sm. sed Capricorno eodem dm.

204 CAESAR Cap. nud. sm.)(AVGVSTVS. Bos sm. stans — cum simili anima subaerati.

206 CAESAR AVGVSTVS. Cap. Aug. nud. sm.)(OB CIVES SERVATOS script. extra coronam quernam: — Cum alio typo simili minore.

208 Al. sed epigr. aversa scripta intra quernam.

209 Al.)(S. P. Q. R. CL. V. inscript. cly-

peo intra quernam, supra quam OB CIVIS, inf. SERVATOS.

210 Al. in cujus aversa cap. et literae fugientes incusae sunt.

211 Al. sed extra clypeum nulla querna vel alia epigraphe.

212 Al. sine querna, sed in clypeo CL. V. extra quam S. P. Q. R

213 Cap. Aug. laur. sm. anepigr.)(CAESAR AVGVSTVS. Clypeus inter duas laurus et literas S. P. Q. R. Postremi hi tres ab Eck. dissimulantur.

214 Cap. Aug. laur. dm. anepigr.)(CAESAR AVGVSTVS. Duo rami lauri.

215 CAESAR. Cap. Aug. sm. intra quernam.)(AVGVST. script. intra coronam ex pateris, et victimarum craniis contextam, quam gubernaculum in perpendiculum secat.

216 * CAESAR AVGVSTVS. Cap. nud. sm.)(IOVI OLYMpio. Tempium hexastylum.

217 * Al. alio typo min. et script. AVGVSTVS tantum.

218 CAESAR IMP. Cap. nud. sm.)(AVGVSTVS DIVI F. Bos cornupeta dm. Anima subaerati.

219 Al. Cap. laur.)(AVGVSTVS. Aquila expansis alis sm. dextrorsum respic. Anima subaerati. Hi duo desunt in Eck.

Triumviri in denariis argenteis.

Eck. Tom. VI. pag. 123.

C. Antistius Reginus.

220 ** CAESAR AVGVSTVS. Cap. Aug. nud. sm.)(C. ANTISTIVS REGINVS III. VIR. Instrumenta pontific. Spectat *ad Annum V. C.* 738.

L. Aquilius Florus.

221 * CAESAR AVGVSTVS. Cap. Aug. nud. sm.)(L. AQVILIVS FLORVS III. VIR. SICIL. Miles dm. stans, et sm. respic. d. mulierem seminudam in genua prolapsam sublevat, s. clyp. *Ann. V. C.* 734.

L. Caninius Gallus.

222 * AVG. F. AVGVSTVS. Cap. Aug. laur. sm.)(CANINI. Victoria in citis bigis sm. *An. V. C. eodem.* Barbarus plagiarius epigraphem male utrinque digestam ex typo Consulari cum Imperatorio pessime sociavit. Vid. Tab. I. N. 2.

M. Durmius.

223 * CAESAR AVGVSTVS. Cap. Aug. nud. sm.)(M. DVRMIVS III. VIR. Aper telo transfixus sm. consistit. *An.* 734.

C. Marius Trogus.

224 ** AVGVSTVS. Cap. nud. sm. pone lituus.)(C. MARIVS TROGVS III. VIR. Quadrigae sm. citae, in quibus palmae ramus. *An.* 737.

L. Mescinius Rufus.

Vide superius descript. N. 174. *ad annum V. C.* 738.

P. Petronius Turpilianus.

225 * CAESAR AVGVSTVS. Cap. nud. sm.)(III. VIR. TVRPILIANVS. Tarpeja scutis Sabinis obruta. *Ann.* 734.

226 * Al. sed Luna cum astro. Ibidem.

M. Sanquinius.

227 ** AVGVSTVS DIVI F. Cap. nud. sm.)(M. SANQVINIVS III. VIR. Cap. imberbe nudum sm. supra quod stella crinita. *An.*

737. Vix obiter citat Eck. hunc denarium Tom. VI. pag. 11. cum de numis DIVI IVLII sermonem facit: Tomo tamen V. p. 299. fatetur lineamenta capitis hujus parum Jul. Caes. respondere.

C. Sulpicius Platorinus.

228 ** CAESAR AVGVSTVS. Cap. nud. sm.)(C. SVLPICIVS PLATORIN. Duo viri togati rostris dm. insid. *usque ad An.* 742. Subaerat.

L. Vinicius.

Vide numum supra descriptum. N. 176. *ad Ann.* 738.

Divus Augustus.

229 DIVO AVGVSTO. Cap. Aug. radiat. sm.)(CONSECRATIO. Aquila sm. stans dm. sursum respicit.

230 Alius, sed Ara ignita. Ab Imperatore incerto, et quod argentum impurum, et minus elegans fabrica docet, serius (circa Treboniani, vel Gallieni tempora) signatos fuisse hos numos probat Eckh. Tom. VIII. pag. 469.

Numi commatis fors peregrini. Tom. VI. p. 132.

231 *** IMP. CAESAR. Cap. Aug. nud. sm.)(AVGVSTVS. Capricornus sm. cornucopiae ab ejus dorso emicans respicit: omnia intra lauream. Eckh. pag. 159. Cistophori species. *m. m.*

232 *** Al. sed fasciculus 6. spicarum. *m. m.* Differt hoc tetradrachma ab illo Eck. (loco cit.) in quo capiti Augusti lituus adstitutus est.

233 *** Al. sed Ara rotonda sertis, et taeniis circum ornata, ex qua hinc inde cervorum ramosa cornua prodeunt hinnulis vel capreis duobus in eadem e contra stantibus. Miror Eckhelium, cui ego alterum simillimum exemplar dederam in Mus. Caesareum inferendum nullam de hoc mentionem fecisse, qui tamen de tribus aliis a me sub num. 167. 168. 169. descriptis eadem occasione inspectis laudem instituit. Symbola enim Dianae officinam Ephesi unumquodque ex his cimeliis forte nactum esse conjectasset; praesertim cum inter duodecim, quae simul perlata mihi fuerant, 4 cistophori Antoniani, et ex Augusteis hisce templum Martis Ultoris adesset *commune* ASIAE inscriptum.

234 AVGVSTVS. Cap. nud. sm.)(Victoria prorae dm. insistens. Neque de hoc Quinario verbum ullum ap. Eck. *Quin.*

L I V I A. *Uxor.*
Diva Augusta.

235 AVGVSTVS AVGVSTA. Aug. cap. radiato dm. stans d. pat. s. h. pone quem Livia stans d. pat. s. C. copiae.)(NERO CAESAR AVGVSTVS. Cap. Neronis laur. sm. Subaeratus.

236 DIVA AVGSTA. Livia d. stans d. pat. s. h.)(IMP. SER. GALBA CAESAR AVG. Prot. Galbae cap. laur. sm.

M. A G R I P P A.

237 ** M. AGRIPPA PLATORINVS III. VIR. Cap. Agrippae nud. sm. Alios vide in Familia Vipsania, et in Augusti numis.

C A I U S *Caesar.*

238 * Ut N. 191. Cajus eques.

CAIUS, *et* LUCIUS.

239 Ut N. 192. Typis variis.

NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS *vulgo* DRUSUS SENIOR.

241 ** NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. Cap. Drusi senioris laur. dm.)(DE GERMANIS. Arma Germanica decussatim posita. Subaeratus.

242 ** Al.)(DE GERM. inscriptum arcui triumphali Romae adhuc existenti, super quo ejus statua in equo cito sm. inter captivos sub tropaeo hinc inde sedentes.

ANTONIA.

243 ** ANTONIA AVGVSTA. Cap. hujus spicis redim. sm.)(SACERDOS DIVI AVGVSTI. Duae taedae ardentes cum taeniis, sive corollis. Subaeratus.

244 * Al.)(CONSTANTIAE AVGVSTI. Mul. stolata dm. stans dext. facem longam ardentem, s. C. cop. Subaeratus.

TIBERIUS NERO.

V. C 766. *post Chr.* 13.

TR. POT. XIV. XV. COS. II. PONT. IMP.

Vide denarium sub Augusto descriptum *ad hunc annum sub N.* 195.

245 Al. similis, sed fabricae barbarae, ac utraque epigraphe mendosa.

V. C. 767. *p. Chr.* 14.

TR. P. XV. XVI. COS. II. PONT. IMP. AVGVSTVS.

Vide aureum suo loco descriptum.

V. C. 768. *p. Chr.* 15.

TR. P. XVI. XVII. COS. II. IMP. VII.

Incipit PONTIFEX MAXIMVS.

246 * TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. Cap. Tiberii laur. sm.)(TR. P XVII. IMP. VII. Imp. in quadrig. triumphal. d. lauri ram. s. sceptrum aetophorum.

247 Al.)(PONTIF. MAXIM. Mulier dm. sedens (fors Livia mater) d. hastam, s. lauri ramum.

V. C. 771. *p. Chr.* 18.

TR. P. XIX. XX. COS. III. P. M. IMP. VII.

Vide Quinarium aureum. TR. POT. XX. loco suo.

V. C. 786. *p. Chr.* 33.

TR. POT. XXXIV. XXXV. COS. V. P. M. IMP. VIII.

Vid. Quinar. aur. TR. POT. XXXV. loco suo.

GERMANICUS. *Caligulae Pater.*

248 ** GERMANICVS CAES. *pater caj caesaris* GERM*anici*. Ejus Cap. nud. sm.)(C. CAESAR AVG. GERM. TR. POT. Cap. Caj Caligulae laur. sm.

249 ** C. CAESAR AVG. GERMANICVS. Cap. nud. sm.)(IMPERATOR PONT. MAX. TR. POT. Simpulum et lituus.

AGRIPPINA. *Uxor* GERMANICI.

250 ** AGRIPPINA MATER *caj* CAES. AVG. GER*manici*. Cap. ejus comptum sm.)(Ead. aversa ut 249.

CAIUS *vulgo Caligula.*

V. C. 790. *p. Chr.* 37.

TR. POT. P. M. GERM. COS.

